

ordinandis, núm. 17). Ferraris, en la palabra *Novitiatus*, núm. 89, dice que en las Ordenes religiosas donde los novicios pueden recibir órdenes «sine titulo beneficii, vel patrimonii, aut pensionis, nequeunt promoveri ad sacros ordines: argum. Concil. Trident., sess. 25, cap. 2; et expresse S. Pius V, constit. 75, incip. *Romanus Pontifex*, ubi dictum Concilii decretum extendit ad omnes et singulos cujuscumque ordinis clericos religiosos non professos, prohibens ipsos, sicuti alios clericos sæculares, promoveri ad sacros ordines sine dicto titulo. Et hoc ipsum habet non solum in novitiis seu non professis, sed etiam in nulliter professis: sic Rota..., et tenent communiter doctores cum Barbosa in Concil. Trident... Patres autem Societatis Jesu, qui tria vota *paupertatis, castitatis et obedientiæ* in Societate emiserunt, de licentia Præpositi generalis possunt promoveri ad sacros ordines absque titulo, etiam ante solemnem professionem emissam, non obstante dicta constitutione Sancti Pii V.»

Benedicto XIII concedió á la Compañía de Jesús que si alguno de los así ordenados en el noviciado fuere expelido, la Compañía no tenía obligación de darle alimentos ni congrua sustentación: Ferraris, núm. 92; y en el 93 dice así:

«Novitii non possunt promoveri ad ordines minores a suis superioribus abbatibus regularibus, quia, pendente anno probationis, non habentur quoad ordines suscipiendos pro subditis horum superiorum religionis.»

ARTÍCULO IV

Quiénes pueden confesar á los novicios.

3720. Cuestión es la presente harto difícil de resolver, por no convenir los autores acerca de ella. Voy á transcribir literalmente la doctrina del docto Passerini (*De hominum*

statibus, tom. 3, q. 189, art. 10, inspect. 8.^a, num. 38 et seq.). Dice así:

«De novitiorum confessario ita statuit Clemens VIII in decreto de novitiorum instructione: «Ipsi autem magistro soli novitiorum confessiones audiendi cura committatur; liceat tamen superiori, etiam locali, si ita expedire judicaverit, vel per se ipsum, vel per alium ab eo deputandum, semel aut bis in anno eorumdem confessiones audire.» Est vero advertendum, quod hoc decretum directe non attingit novitios, sed prælatos regulares, quibus mandatur ut cura confessionis novitiorum soli magistro novitiorum committatur; ex quo tamen sequi videtur quod novitii alteri confessario non possint confiteri, quia videtur quod nullus alius habeat facultatem eorum confessiones audiendi.

39. Dubium igitur est primo, an novitius licite possit confiteri peccata sua confessario sæculari approbato ad confessiones sæcularium audiendas. Videtur id licere, quia novitius vere est sæcularis; unde potest uti in hoc libertate sua, ut sacerdoti sæculari confiteatur peccata sua. Nihilominus certum est id non licere, ut tradunt Rodriguez in Bulla, § 9, num. 26; Diana, part. 1.^a, tract. VI, resol. 27; part. 3.^a, tract. II, resol. 4.^a et 10.^a; et part. 4.^a, tract. IV, resol. 5.^a; et apud ipsum Pereg., Megala, Tambur., Vech., Donat., part. 4.^a, tract. VI, q. 20; Bordon., resol. 54, num. 120. Et ratio est, quia tenetur novitius subdri directioni superiorum in hoc, maxime cum adest decretum Pontificis, per quod deputatur determinatus confessor, et ex consequenti discernitur ut novitii illi soli peccata sua confiteri possint; unde bene deducunt citati doctores, novitium ob hanc causam posse ejici ab ordine. Sed hoc magis erit manifestum ex dicendis.

40. Dubitatur secundo, an novitius valide peccata sua confiteri possit

Episcopo, vel parochio, aut sacerdoti cuilibet ad confessiones approbato ab Episcopo. Partem affirmantem plures docent, nimirum, Rodriguez et Diana cit.; Donatus, part. 4.^a, tract. X, q. 20; Naldus, v. *Novitius*, num. 7; Bonac., in *Decalog.*, disp. 4.^a, q. 2, punct. 7, § 4, num. 28; Antonius a Spir. Sancto, tract. II, disp. 2.^a, num. 222, et tract. III, disp. 2.^a, num. 150; Candidus, *De confess. sacrament.*, art. 58, dub. 7; et apud Dianam, Molfes., Ortiz, Homobon., Portell., Petrus Fays., Villal., Mirand., Navar., Henr., Faustus et Barriola. Movetur vero ex eo principio, quod novitii sint personæ sæculares, ac propterea tamquam sæculares cuicumque sacerdoti ab Episcopo loci approbato valide possunt confiteri. Secundo, quia non obstat præfatum decretum Clementis, quia continet solum consilium; datur enim per verba imperativi modi, quæ non important præceptum; et illud decretum respicit directe superiores, quibus mandatur, ut curam audiendi novitiorum confessiones soli magistro novitiorum committant; et ideo illud decretum non importat formam, sed modum et decentiam. Sed per oppositum, quod novitii sine licentia superioris non possint valide confiteri Episcopo, vel sacerdoti sæculari ab Episcopo approbato, defendunt Peregrius in *Addit. ad Constit. Cleric. Regul.*, q. 3, cap. 1, § 7, num. 201; Bordon., resol. 54, q. 34, num. 120; Palaus, tract. XVI, disp. 1.^a, punct. 10, num. 9; Coton., lib. 4, cont. 3, cap. 3, num. 78; Layman, lib. 4, tract. V, cap. 1, q. 3, § *Sed tunc questio est.*

41. Et hanc partem ego veram et certam puto, et omnino tenendam. Ratio est, quia de jure communi, cap. *Placuit, de pœnit.*, dist. 6.^a; et cap. *Omnis utriusque sexus*; et sess. 14, cap. 7, *De reformat.*, in Concil. Trident., omnes omnino, tam ecclesiastici quam sæculares, tenentur confiteri proprio sa-

cerdoti; et certum est quemlibet invalide absolvi a quocumque non proprio sacerdote, nisi non proprius sacerdos audiat confessiones de licentia proprii sacerdotis; et hoc est certum et indubitatum, et communiter tam a canonistis quam a theologis assertum. Proprius autem sacerdos novitii est prælatus monasterii, proprius enim sacerdos cujuscumque est ille in cujus districtu fidelis habet domicilium, ut q. 187 pluries et præcipue probatum est, et est commune axioma in hac materia, ut etiam sine paulo supra probatum: unde sine licentia prælati sui, qui est illius proprius sacerdos, non potest Episcopo, vel confessario sæculari approbato ab Episcopo, valide confiteri.

Et confirmatur; quia si Episcopus esset proprius sacerdos novitii, non posset novitius confiteri nisi sacerdoti approbato ab Episcopo ex vi dict. cap. *Omnis*, et Concil. Trident.; et tamen evidentissima praxi est manifestum confessarios novitiorum non debere esse approbatos ab Episcopo, sed sufficere si sint approbati a prælato regulari. Non ergo Episcopus, sed prælatus regularis est proprius novitii sacerdos; igitur sine prælati regularis licentia non potest novitius confiteri vel Episcopo, vel sacerdoti sæculari approbato ab Episcopo: unus enim solus est cujuscumque proprius sacerdos; novitii vero proprius sacerdos, cum non sit Episcopus, cum ab ejus jurisdictione novitius sit exemptus, nullus remanet alius, qui sit ejusdem sacerdos proprius, quam prælatus regularis.

Et ita oppositæ sententiæ ratio evidenter est sufficiens; quia nec sæculares possunt confiteri cuicumque sacerdoti, sed solum proprio, vel alteri deputato a proprio, seu de licentia proprii; novitii vero, existentis quid medium inter sæcularem et religiosum, proprius sacerdos est prælatus monasterii, qui, cum non possit semper per se ipsum audire novitios, pro-

hibitus est per Clementem VIII committere hoc officium aliis a magistro novitiorum; ideo novitii soli magistro novitiorum vel praelato valide confitentur. Imo etiam professi non sacerdotes, dum sunt sub cura novitiorum magistri, non possunt valide confiteri nisi eidem magistro, vel confessori a praelato deputato: Portell, verb. *Novitii absolutio*; Pereg., *Addit. ad Constit. sui Ordin.*, part. 2.^a, cap. 9; Tambur., tom. 2, disp. 6.^a, q. 3, num. 2; quidquid in contrarium dixerit Diana, part. 3.^a, tract. II, resol. 5.^a

»42. Dubitatur tertio, an idem dicendum de confessione facta confessario regulari approbato a praelato suo pro religiosorum confessionibus audiendis. Donatus, loc. cit., num. 6, sentit quod confessio facta sacerdoti regulari non approbato ad confessiones novitiorum audiendas sit invalida, quia talis confessarius usurpat sibi munus deputatorum ad similes confessiones, ideoque peccat mortaliter: unde et mortaliter peccat novitius cooperans peccato confessarii, et sic ratione indispositionis nulla redditur confessio. Quod tamen limitat, quia ratione alicujus necessitatis potest hoc fieri; ut si confessarius deputatus inique neget absolvere novitium, et urgeat necessitas communicandi, et novitius non sit contritus; in hoc enim casu jus naturale tuendi famam et vitandi scandalum vincit jus positivum prohibens confessionem fieri tali sacerdoti.

»Alii vero distinguunt, et dicunt quod si superior regularis prohibeat expresse ne regulares confessarii audiant confessiones novitiorum, invalida est confessio illis sic prohibitis facta; sed si confessarii sint approbati pro religiosi, et superior non prohibeat eos audire novitiorum confessiones, valida est. Sed dicitur quod ubi confessarius regularis non est deputatus ad confessiones novitiorum, confessio novitii illi facta est

ipso jure nulla ex defectu potestatis in confessario; quoniam, ut advertit Suarez, tom. 4, *De relig.*, tract. VI, lib. 2, cap. 77, num. 13, privilegium confessiones audiendi concessum regularibus non descendit ad singulos religiosos, nisi media concessione et voluntate superioris: qui quidem potest, prout sibi videbitur, hanc facultatem concedere limitate et quantum ad personas; ideoque potest approbare et concedere religioso sacerdoti facultatem audiendi confessiones limitate ad professos, excludendo novitios tam propriæ quam alienæ religionis: quo supposito, talis sacerdos non habet facultatem audiendi novitiorum confessiones; ideoque hujusmodi confessiones sunt nullæ ex defectu jurisdictionis in confessario.

»Et non est dabilis casus necessitatis, præter casum articuli mortis, in quo hujusmodi confessio valida esse possit; nec necessitas communionis valet ut quis valide confiteatur confessario non exposito. Et quod dicitur de defectu contritionis, nihil facit; quia contritio est in potestate cujuscumque pro quocumque instanti, quia unusquisque mentis compos habet suum velle in potestate, nec gratia Dei necessaria et sufficiens ulli deest. Ideo *certa sententia est* quod necessitas confessionis non dat potestatem confitendi sacerdoti ad confessiones non approbato (1). At vero hic considerandum est, quod in religionibus sacerdotes approbantur dupliciter ad confessiones; primo in generali, seu in communi, et veluti

(1) Ya se pone al fin de este artículo que esta suposición de que el prelado, tan sólo por el hecho de no designar á un confesor para confesar novicios, no es prueba suficiente de que le quita la jurisdicción para la válida absolución de ellos: se prueba con lo que se dice de los dos prelados rectores del Colegio de Ocaña. Yo no creo que la intención de los prelados locales sea anular en este caso la validez de la absolución, al menos ordinariamente.

speculative, quia censentur digni, quibus committi possit officium audiendi confessiones; et virtute hujus approbationis nullius confessionem possunt audire, quia vi talis approbationis non habent jurisdictionem, ad quam habendam non sufficit idoneitas religiosi, sed practica deputatio ad officium confessarii. Unde idonei ad omnium confessiones audiendas, si deputentur ad audiendas confessiones certi generis personarum, non possunt aliorum confessiones audire ex defectu jurisdictionis: modo in religionibus nullus regulariter est approbatus et deputatus ad audiendas confessiones novitiorum, nisi magister novitiorum.

»Nec valet dicere quod, dum examinantur confessarii juxta stylum cujuscumque religionis, approbantur communiter pro omnium audiendis confessionibus; quia licet neque semper hoc sit verum, nihilominus et quando ita fit, illa approbatio, quæ non est nisi in genere judicium de idoneitate confessarii, non dat jurisdictionem, nisi superior religiosi sic approbati det actu audiendi confessiones facultatem (1); sic enim in Mari Magno Prædicatorum, § 29, apud Lezanam habetur: «Inhibemus insuper omnibus fratribus Ordinis vestri, ne aliqui eorum aliis quam praelatis suis peccata sua confiteri præsumant, nisi necessitatis cogente articulo; vel nisi forte magister, vel prior proprius alicui fratri dederit fratri alteri ejusdem Ordinis licentiam confitendi.» Similia habentur in Mari Magno Minorum, § 32; Carmelitarum, § 97; Minimorum, § 24.

(1) Esta doctrina de Passerini no se puede admitir en el día entre los Dominicos, como puede verse en los números 589 y 982 de las Constituciones de la Orden de Predicadores, publicadas en 1872, donde se ve que el religioso aprobado legítimamente por los examinadores sin limitación, puede *ipso facto* confesar á todos los Dominicos y á sus comensales.

Et, ut advertit bene Lezana ad Mare Magnum Prædicatorum, num. 80, hoc est, de jure communi; quia soli praelati sunt sacerdotes proprii, quibus ex jure communi religiosi tenentur confiteri, nec possunt confiteri aliis sine eorum licentia. Praelati autem isti sunt Generalis, provincialis et superior localis, quibus hoc convenit immediate ex communi jure, licet cum subordinatione et dependentia; unde Generalis potest in hoc limitare provincialium, et provincialis superiorum localium jurisdictionem. Sic ergo nullus regularium potest aliorum sui Ordinis confessiones valide audire, nisi de licentia praelati; et non sufficit quod per examinatores sit aliquis judicatus idoneus ad confessiones audiendas, sed requiritur ut ad illud officium sit approbatus, et designatus seu deputatus a superiore ipso secundum cujuscumque Ordinis statuta, ratione cujus deputationis confessarius habeat jurisdictionem: Rodriguez, tom. 1, q. 62, art. 4; Portell, verb. *Confessor erga religiosos*, num. 10; Hieron. Rodrig., resol. 22, num. 21; Bordon., resol. 4, num. 2 et 3; Sanctorius et Freitas Lezana ad Mare Magnum Minorum, num. 81; Anton. a Spir. Sanct., tract. II, disp. 2, num. 4, et alii doctores communiter. Cum ergo in religionibus non approbentur religiosi sacerdotes ad audiendas confessiones novitiorum, imo Clemens VIII statuerit, ut hoc munus solis magistris novitiorum committatur, ideo novitii, extra mortis articulum, nulli possunt valide confiteri nisi sacerdoti professo specialiter approbato. Nec sufficit deputatio ad audiendas confessiones religiosorum; quia specialis approbatio est pro novitiis necessaria, cum et secundum jus pontificium et secundum religionum statuta confessor pro novitiis debeat esse specialiter deputatus; nec in generali concessione veniat id quod est contra leges, vel quod secundum leges indiget speciali causa

et discussione. Ubi tamen confessarius sit approbatus pro novitiis, vel ubi prælatus det novitio facultatem ut confiteatur alicui sacerdoti, confessio valida est (Coton., lib. 4, cont. 3, cap. 3, num. 78).

»43. Dubitatur quarto, an novitius, vel a sacerdote sæculari vel a regulari approbato ad ejus confessiones, absolvi possit a casibus prælato regulari reservatis. Posse absolvi docuerunt Rodrig., part. 1.^a, q. 21, art. 13; Diana, part. 3.^a, tract. II, resol. 4.^a; Miranda, tom. 2, q. 34, art. 16, et plures alii apud eundem Dianam. Horum vero ratio est, quia casuum reservatio est actus jurisdictionis, quam prælatus regularis non habet in novitios; et propterea sub reservatione casuum non comprehenduntur novitii, maxime cum ipsa sit odiosa, et non debeat ampliari. Sed hæc ratio deficit, et supponit falsum; prælatus enim regularis habet jurisdictionem super novitios, ut satis est probatum, et iterum probatur; quia non est dicendum novitios in ordine ad Sacramenta non habere proprium sacerdotem sub cujus sint cura, et a quo debeant recipere Sacramenta (1) juxta caput *Omnis utriusque sexus, De pœnis et remissionibus*, et cap. *Ad Apostolicam, De decimis*. Ideo claustrum est illis loco domicilii, et prælatus regularis loco Episcopi, a quo Sacramenta sibi sunt ministranda, cum novitii pro tempore novitiatus non subjiciantur Episcopis. Etenim novitii Sacra-

(1) *Nimis probat*, en mi concepto, la opinión de Passerini; porque el propio sacerdote de los comensales de los religiosos es cualquier religioso del mismo convento, si está aprobado para confesar religiosos, aunque no lo esté por el Obispo; luego no basta que uno sea propio sacerdote de una persona para que pueda imponerle reservados: el comensal no incurre en los reservados regulares. Se dirá que el comensal no es religioso; pero á esto se responde que tampoco el novicio es religioso *in odiosis*. Yo no hago sino exponer, para que otros resuelvan.

menta recipere tenentur; nam tenentur semel in anno confiteri, et in Paschate communicare: igitur juxta regulam relativorum illorum datur aliquis qui habeat officium Sacramenta ministrandi; et cum hic non sit Episcopus, erit prælatus regularis, qui propterea, sicut Episcopus cum suis clericis, sic ipse cum suis novitiis poterit reservare sibi casus, juxta tamen dispositionem Clementis VIII. Sed præterea additur, quod ad casuum reservationem sufficit jurisdictio super confessario: prælatus igitur regularis, qui potest limitare facultatem absolvendi datam subdito et respectu temporis, et respectu loci, et respectu personarum, potest etiam eam limitare respectu materiæ, ut non possit absolvere ab illis casibus quos ipse merito sibi reservat (1). Et in Societate Jesu P. Generalis Aquaviva, per litteras encyclicas datas 9 Maji 1614, præcepit suis subditis ne quantum ad novitios Societatis opinionem præfatam defenderent aut consulerent. Sic igitur novitius a sacerdote sæculari, vel pro eorum confessionibus audiendis non approbato, non potest absolvi a reservatis, quia non potest ab aliquo peccato absolvi ab eo. A sacerdote autem regulari ad ejus confessiones approbato nequit absolvi a casu reservato; quia ex vi reservationis limitata est ejus jurisdictio, quæ ad illum casum non se extendit (Lezana, t. 1, cap. 24, num. 7; Bordon, *De confess.*, cap. 4, q. 52; Coton., lib. contr. 3,

(1) En efecto; si bien, como se ha dicho, el religioso aprobado por los examinadores puede *ipso facto* confesar á los religiosos de su Orden y á los comensales de la misma; pero su prelado, aunque sea local, puede suspenderle: es verdad que, si tiene licencia del Ordinario, podrá confesar *valide, licet illicite*, á los seglares. (Decreto de la Sagrada Congregación de Obispos y Regulares de 2 de Marzo de 1866, según se ve en las Constituciones de la Orden de Predicadores, aprobadas por el Capítulo general de Gante celebrado en 1871, núm. 983.)

cap. 3, num. 69, ubi ex Peyr. ad constit. 10, Urbani VIII quod Paulus de hoc concessit privilegium Fulientibus, sed ignoratur an per breve, vel per oraculum: Layman, lib. 4, tract. V, cap. 1, q. 3; Corduba, lib. 1, q. 3; Rodriguez, in *Bull. Cruciat.*, § 9, numer. 26; Vech., disp. 9.^a, num. 2.

»44. Hinc deducitur, quod non est approbanda distinctio quam ex Suarez (tomo 4, *De relig.*, tract. VIII, lib. 2, cap. 17, num. 12), ponderat Palaus (tract. XVI, disp. 5, punctus 10, num. 9), nimirum, distinguendo inter confessarios regulares habentes jurisdictionem immediate a Pontifice, vel mediis superioribus; et dicendo quod, si regularis habet immediate a Pontifice jurisdictionem ad audiendas confessiones non limitatam, sed omnium fidelium, cum et novitii sint fideles, nec obstat reservatio pro religiosis, quia novitii non sunt religiosi, poterunt a reservatis absolvi. Nam distinctio est de subiecto non supponente, quia nulli sunt confessarii regulares, nisi forsitan aliquis ex specialissimo privilegio, qui independenter ab approbatione et licentia superiorum habeat jurisdictionem ad audiendas confessiones. Nam facultas audiendi confessiones sæcularium a Pontificibus est concessa solum deputatis a suis superioribus, et approbatis ab Episcopo, ut diffuse satis est probatum quæst. 187, art. 1. Pro audiendis autem confessionibus religiosorum sui Ordinis nulla est similis Papæ concessio; imo ex privilegiis supra citatis et ex jure communi prohibentur sacerdotes regulares audire confessiones religiosorum sui Ordinis sine licentia superioris. Nullus ergo datur regularis, qui habeat facultatem audiendi confessiones independenter a prælatis suis et ab eorum licentia. Sed nec Palaus loquitur consequenter; si enim, ut ipse *ibidem* fatetur, non potest novitius absolvi absolute ab aliquo peccato a confessario sæculari approbato ab

Episcopo, multo minus potest absolvi a reservatis. A confessario autem sui Ordinis non poterit absolvi, quia ad reservationem casuum sufficit quod in reservante sit auctoritas eos reservandi, qua data, quia superior sibi casus reservat respectu omnium subditorum suæ jurisdictioni, nihil interest an novitius sit, vel sæcularis, vel religiosus (1); sed sufficit quod sit sub jurisdictione prælati reservantis, et nolentis illum posse absolvi a casu reservato per confessorem ordinarium.» Hasta aquí Passerini.

En efecto; si el prelado prohíbe á un religioso súbdito absolver de algunos pecados, éste no puede absolver de ellos; pero ésta no es la cuestión presente; se supone que el prelado no hizo esta prohibición al confesor; y como el novicio es secular en esta materia, los autores contrarios dicen que está exento de incurrir en los reservados regulares; y por otra parte se considera como secular para poder ser absuelto por cualquier confesor de su orden.

3721. A continuación de la opinión de Passerini voy á copiar lo que dice el docto P. M. Billuart (*De statu religioso*, diss. 4, art. 2, § 6, *petes* 4): «Possunt (novitii) per prælatos aut per alios *legitime deputatos* absolvi ab omnibus peccatis, pœnis, censuris et irregularitatibus, a quibus absolvi possunt professi; ita ut, si egrediantur, non reviviscant ea a quibus fuerunt absoluti; quia non secus ac professi, fuerunt absolute et simpliciter absoluti. 4.º Possunt confiteri religiosis a superiore deputatis, etsi non approbatis ab Ordinario.

»Utrum autem possint etiam vali-

(1) No veo en qué se funde Passerini, porque el secular no incurre en los reservados regulares; y como al novicio se le reputa secular *in odiosis*, parece que no debe incurrir en los reservados regulares; pero *sapientes dixerint*.